

SEQVNTVR EXEMPLA, QVAE CAPITI  
18. 19. item 20. lucem afferunt.

**Q**uidam natus est Ottingæ Rhetia, Anno domini 1516. Die 13. Augusti, Horis a merid: 6. minut: 30. tempore æstimato. Motus autem longitudinis ac latitudinis omnium Planetarum ex tabulis nostris Astronomicis ad meridianum Augustanum supputati, sic se habent: idèp antedicto anno domini 1516. Mense Augusto, Die 13. & 14.

Dies	♄		♃		♂		♀		♁		♁
	Long.	Latit.	Long.	Latit.	Long.	Latit.	Long.	Latit.	Long.	Latit.	
Aug. 13	29 36 44	11 16 3	41 10 56	1 34 7	11 0 22	15 2 4	19 14 37	0 26 24	15 3 7	23 42	
Aug. 14	01 34 46	23 34 4	20 10 57	1 34 7	24 0 22	15 30 2	18 15 32	0 31 24	43 3 17	23 39	

Respectu igitur horum duorum dierum, motus diurnos longitudinis ac latitudinis singulorum planetarum elicio, per subtractionem videlicet numeri minoris a maiore, more vsitato, Qui quidem ordine hoc modo se habebunt.

Motus diurnus Solis elicitus obtinet in longitudine M sec: Sed hæc secunda abijcio, non attingant.	Motus diurnus Lunæ elicitus obtinet In lon: In lati: G M M 12 18 39	Motus diurnus Saturni elicitus obtinet In lon: In lati: M M 1 0	Motus diurnus Iouis elicitus obtinet In lo: In lati: M M 13 0
Motus diurnus Martis elicitus obtinet In lon: In lati: M M 28 1	Motus diurnus Veneris elicitus obtinet In lon: In lati: M M 55 5	Motus diurnus Mercurij elicitus obtinet In lon: In lati: M M 28 10	Motus diurnus Capitis Draconis elicitus obtinet In longitudine M 3

Iam cum his motibus diurnis elicitis, tabulas priores motus proportionalis consulo, ac quantitatem numericorū in superiori parte accipio. Ibidem autem in corpore tabularum, motus proportionales offeruntur, habita videlicet ratione anguli communis, cuius constitutio deprehenditur sub columna horarum Astronomicarum propositarum 6. quæ superius cyphris grandioribus expressæ sunt, idèp è regione minorū propositorum 30. quæ in linea collateralis sinistra ponuntur. Consequuntur ergo motus proportionales planetarum hoc pacto.

Motus proportionalis Solis, de motu diurno eius longitudinis, est minut: 6. quæ addo motui vero antedicti planetæ, ex aduerso propositi diei 13. Augusti constituto, cum motus inter diem propositum ac sequentem augeatur: & excrefcit locus Solis grad: 29. minut: 53. Leonis, sumptis videlicet pro sec: 44. minut: 1.

Motus proportionalis Saturni, de motu diurno eius longitudinis ac latitudinis, nihil penitus numeri obtinet. \* Quare simpliciter motum verum antedicti planetæ ex aduerso propositi diei 13. Augusti constitutum, pro quæsito retineo, qui est in longitudine grad: 10. minut: 56. Sagittarij. In latitudine vero grad: 1 minut: 34. Sept: Descend.

Motus proportionalis Iouis, de motu diurno eius longitudinis, est minut: 3. quæ addo motui vero antedicti planetæ, ex aduerso propositi diei 13. Augusti constituto, cum motus inter diem propositum ac sequentem augeatur: & colligitur locus Iouis grad: 7. minut: 14. Leonis. Motus vero proportionalis Iouis, de motu diurno eius latitudinis, nihil penitus numeri obtinet. Idcirco simpliciter motum verum antedicti planetæ, ex aduerso propositi diei 13. Augusti constitutum, pro quæsito retineo, qui est grad: 0. minut: 22. Septent: Ascend:

\* Remineris ubi motus diurnus elicitus alicuius planetæ nihil prorsus numeri habuerit, motū proportionalem etiam nullū fore. Et ob id simpliciter motus verus illius planetæ ex aduerso propositi diei constitutus, pro quæsito retineatur. Similiter fieri endum est, quando motus proportionalis nihil numeri in angulo cōmuni obtinerit.

Motus